Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



MATH

plusquam hypocritæ qui similes estis se
pulchris dealbatis que apparent hominibus speciosa: intus
autem plena sunt ossibus mortuorum
et omni spurcicia. Sic et vos a foris
quidem apparetis hominibus iusti:
intus autem pleni estis hypocrisi et i
iquitate. Ve vobis scribe et pharisei
hypocritæ qui edificatis monumenta
prophetarum et ornatis monumenta
iustorum et dicitis. Si fuissemus in di
ebus patrum nostrorum non essemus socii
eorum in sanguine prophetarum. Itaque testi
monio estis vobis metipsis. quia
filii estis eorum qui prophetas occiderunt.
Et vos implete mensuram patrum
vestrorum. serpentes generatio viperarum.
quomodo fugietis a iudicio gehenne.
Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas
et sapientes et scribas. et ex illis occi
detis et crucifigetis. et ex eis flagella
bitis in synagogis vestris. et persequ
mini de ciuitate in ciuitatem. ut
veniat super vos omnis sanguis
iustus. qui effusus est super terram. a
sanguine abel iusti. usque ad sang
uinem zacharie filii barachie. quem
occidistis inter templum et altare.
Amen dico vobis. venient hæc omnia
super generationem istam. Ierusalem
que occidis prophetas. et lapidas eos
qui ad te missi sunt. quotiens vo
lui congregare filios tuos quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub
alas. et noluisti. Ecce relinquetur vobis
domus vestra deserta. Dico enim vobis.
non me videbitis a modo donec dicatis.
Benedictus qui venit in nomine domini.

Et egressus capitulum xxiiii.
iesus de templo ibat.
Et accesserunt discipuli

eius. ut ostenderent ei edificationes tem
pli. Ipse autem respondens ait. Videtis
hæc omnia. Amen dico vobis. non re
linquetur lapis super lapidem. qui non
destruatur. Sedente autem eo in monte
oliuarum accesserunt ad eum discipuli
secreto dicentes. Dic nobis quando hæc
erunt. et quod signum adventus tui.
et consummationis seculi. Et respon
dens iesus. dixit eis. Videte ne quis vos
seducat. Multi enim venient in no
mine meo dicentes. ego sum xpus.
et multos seducent. audietis enim
et bella et opiniones bellorum. Vi
dete ne turbemini. Oportet enim
primum hæc fieri. sed non dum finis est.
Consurget enim gens in gentem. et
regnum in regnum. et erunt pesti
lentiæ et fames. et terremotus lo
corum. Hæc omnia initia sunt dolorum. //aut
Tunc tradent vos in tribulationem.
et occident vos. Et eritis odio omni
bus hominibus propter nomen meum. Et tu
nc scandalizabuntur multi. et invicem
se tradent. et odio habebunt invicem.
et multi pseudoprophetæ surgent. et se
ducent multos. Et quoniam habun
dabit iniquitas. refrigescet cari
tas multorum. Qui autem perseuerauerit
usque in finem. hic saluus erit. Et
predicabitur hoc euangelium regni in uniu
verso orbe. in testimonium omnibus gen
tibus. et tunc veniet consummatio. Cum
ergo videritis abhominationem desola
tionis que dicta est a daniele pro
pheta stantem in loco sancto. qui legit
intelligat. Tunc qui in iudea fu
giant ad montes. et qui in tecto
non descendat tollere aliquid de domo
sua. et qui in agro non reuertatur retro
cam suam. Ve autem prægnantibus

// tollere